



subdit. Et eruat amorem oculorum eorum. id est diabolo & amore peccati. anima enim que peccauerit ipsa morietur
 & alia eos infame. hoc est uerbo suo illos mutuat ne fame pessima anima eorum intereat de qua dicitur. Aliter fame
 interit. Nisi fame parum neque sit aqua & audiendo uerbum dei siue infame. id est infideliter & audiente diuini
 uerbi. Aliter enim infame dicitur desiderium uerbi dei substantia ministrare. Unde & de uersis gentibus propheta dicitur
 porant omnia sua sic pauperes erant in oculis. Anima nostra sustinet dominum. Utendat propheta nomen intersecutiones
 debere lassari aut deficiere. Fecit spiritus deus ad uentum eundem. In aduerso & pectoris nostri est. Aduerso cum ad eum
 conant accedere. pectoris cum diabolo & uicis conati repugnare. Aduerso nostri melioris bonis. pectoris uero in aduerso
 est hoc quod dicitur. Anima nostra sustinet dominum aduersus peccatores refertur quod magno desiderio ad uentum christi ex petra
 bant. Anima nostra sustinet dominum. id est expectat uentum christi ueniat. & mundum de potestate diaboli eripiat. Quia
 in eo letabitur cor nostrum. & in id uult homo interior non in pompis sicut non in honoribus neque in salute corporis sed
 in deo. & in nomine sancto eius sperauimus. Nomen domini ihesu christi est id saluatoris. In eius nomine se die sperasse quod ut apostolus
 dicit. Nihil aliud nomen datur sub celo hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Fiat misericordia tua domine super nos.
 quia inquit in nomine tuo sperauimus. Fiat nobis secundum spiritum manum. Fiat misericordia tua aperiatur in carnis tua ueniat
 desiderium cunctis gentibus & patet iam saluatus mundus.

Nomen est historia libri regum ubi refertur quod quando saul
 persequeretur dauid. Ille uidens eum summa malina eius fugiens uenit ad achis regem gethi quem uiculus iste abimelech
 appellatur. siue quod binomius erat siue causa ministerii. Cum ergo uidissent eum allophiloi & cognouissent eum ut pote quos
 sepius bello persequerentur noluerunt eum occidere quorum insidias dauid cognoscens immutauit uultum suum fugiens
 se epulamentis ita ut salua barba ei defluerent. sic quod dimissus ab illis abiit inefusus. Sed hec omnia plena sunt mysterio.
 dauid enim manu fortis. ut uisus desiderabilis christi significat. Abimelech qui interpretatur pater mei regnum plebe
 iudaeorum de signat. in qua quondam dauid regnauit qui pater fuit christi secundum assumptionem humanitatis. Quasi enim uox
 christi est pater mei id est dauid regnum. Immutauit ergo dauid uultum suum contra abimelech quod sacerdotum illud regale
 quod erat secundum ordinem aaron. transiit in sacerdotum ecclesie quod agit secundum ordinem melchisedech. Et bene puultum
 dauid sacerdotum illud accepit. quod sic in uultu est cognitio hominis. sic in uero legalis sacrificium christi ostendebat
 ut uerbi gratia in immolatione agni paschalis & ceteris hostiarum sacramentis. Salua autem ea que in barba deflu
 ebant. significabant scripturam scientiam & diuinitatis eius agnitionem. in apostolos qui per barbam christi deliquant de
 fluxit. Salua enim accipere nos defluit. significat sapientiam dei quiloquitur per salomonem. Ego ex ore altissimi
 peditum. Barba uero que est uerum & iudicium foremudum ut dicitur et apostolus. Excessi omnia uidelicet membra christi deliquit
 nam. Dimisit ergo eum. id est iudicium populum per infidelitatem reliquit christi & abiit ad gentes.

Benedicta domini nomen tempore. Vox prophetarum gaudentis quod a deo de insidial allophilorum liberat' erant &
 adeo dominum benedicebat. quod uero dicitur. In omni tempore quamuis ad uentum nullus semper dominum laudare potest. Aliter
 enim se necessitudines que humanam fragilitatem impediunt. Sed ille semper dominum benedicit & semper laudat eum more habet.
 qui ea agit ut loquitur inquit deus benedicit & laudat. Tale enim est illud quod dominus dicit. Oportet semper orare. & non
 deficere. Bene autem semper orat. qui omnia in uocatione nominis christi facit. iuxta quod apostolus dicit. quecumque facitis
 in uerbo aut in opere omnia in nomine domini facite. Siue ita benedicta domini nomen tempore. id est in prosperis & in
 aduersis. In domino laudabitur anima mea. et anima in domino laudat qui quocumque bona habet et gratias tribuit deus ei apostolus.
 non dei sui id quod sum. In domino inquit non in diuitiis. non in dignitatibus mundi laudabitur anima mea. hoc est. ad eius
 gratiam referre que quod boni habet. Audiant mansueti & letent. In superbiis non claros sicut gloria sed mansuetos &
 mansueti uult audire laudem domini & letari. Sala enim est humilitas & mansuetudo que ceteras uirtutes commendat
 qua & ipse suo exemplo nos hortat addiscere. Dicitur inquit amare quia mansueti sunt & humilis corde. Mag
 nificat dominum manum. Nulli sua tantum debet sufficere. si quicquam diuina gratia illustrat. debet secum & alios
 auerere. Unde propheta hortat reliquos sanctos ut secum dominum magnificent. hinc scriptum est. Qui audit dicit ueni
 & alterum nomen eius in id ipsum. id est simul & in unum quod enim unum est deus in unum uult laudari aliter. ut uidelicet